

creditoribus paternis, vel legataris, ut solida legata, vel debita paterna solvantur propter inventarium non factum, tunc enim proficiet eis inventarium à matre factum, & instrumentum partitionis paternæ hereditatis, ubi constat evidenter, quæ & qualia sint bona hereditatis paternæ, quæ penes eos manserunt, deducto capitali, & patrimonio matris: non autem proficiet eis quando convenirentur pupilli, hæredes, à creditoribus, propter hereditatem avi, vel cognati, si de omnibus istis bonis hereditatis, & aliunde quæritis non esset factum inventarium. Item pro hac parte facit text. notabilis, in l. tutor, qui repertorium, in princ. ff. de admistr. tutor. ubi habetur, quod tutor excusatur à consecutione inventarii, ex aliqua justa causa, si ergo tutor excusatur ex aliqua justa causa: quæ causa potest esse justior, quam ista, quod invenit inventarium factum à matre, & partitionem cum filiis factam, ubi omnia bona pupilli scripta sunt sollemniter? ideo prædicta opinio verissima mihi videtur, quod tutor, vel hæredes defuncti, non teneantur aliud inventarium facere, nisi bona postea creverint, & sit eis justissima excusatio faciendi inventarium illud, quod mater pupilli fecit de bonis à patre eorum relictis, simul cum

partitione bonorum cum filiis facta.

¶ Undecimò quæro. Si la mu-23  
ger del defuncto no hizo inventario, ni menos lo hizieron los hijos, si seran obligados los hijos que acceptaron la herencia de su padre, a pagar todas las deudas y legados que hizo su padre, enteramente, Etiam ultra vires hereditarias; De tal manera, que no puedan retener, ni sacar la legitima de los bienes de su padre? In qua quæstione respondet Bald. & Salicet. in authent. hoc amplius, C. de fideicommiss. & in authent. sed cum testator, C. ad legem falcid. quod filius potest retinere. Quartam debitam jure naturæ, hoc est legitimam portionem, etiam si inventarium non fecit; quod verum est, cum distinctione tamen Glossæ positæ in l. fm. §. sin autem, in verbo, Sacramento, C. de jure deliber. quam sequuntur communiter omnes: La qual distingue, que a los legatarios que pretenden causa lucrativa, puede el hijo sacar su legitima, y no es obligado della a pagar los legados enteramente, aunque no haga inventario: pero quanto a las deudas que dexo su padre, sera obligado a pagar las enteramente: porque estas consumen la herencia: Hæreditas enim est, deducto ære alieno, ut in l. sub signatum, §. 1. ff. de verbor. sign. & l. non possunt, ff. de jure fidei. cum concordantib.

ADDI-

ADDITIO.

Hanc opinionem comprobatur etiam Doctor Gutierrez tract. de Tutor. & Curator. par. 2. Cap. num. 51.

CAPUT III.

De rebus positis in Inventario, & aliis quæ ad partitionem trahuntur.

SUMMARIUM.

- 1 Quomodo fieri debeat appretium, vel taxatio rerum in inventario descriptarum, an per aestimatores à partibus communiter electos, vel per aestimatores à Judice nominatos.
- 2 Quando aestimatores bonorum, communiter à partibus electi, discordant, Judex debet eligere Tertium.
- 3 Si aestimatores à partibus communiter electi simul cum Tertio à Judice nominato discordent, an valeat appretium in minore summa factum, cum in ea omnes concordent, quia in majore summa inest minor.
- 4 Declaratur rex. in l. diem proferre, §. si plures ff. de recep. arbit. ut non habeat locum quando aestimatores simul cum Tertio à Judice nominato discordant in pretiis rerum.
- 5 Quando unus arbitri appetit rem dividendam in quinque, alius in decem, tertius in quindecim, omnes prædicta summa confundi debent, & ex his sumetur tertia pars quæ verum valorem ipsius rei faciet, & illud servabitur.
- 6 Si arbitri aestimatores à partibus communiter electi committant alteri Tertio, vel unus eorum alteri vices suas an valeat quod ille Tertius, commissarius vel unus solus, cui commissum est ab alio, declaraverit.
- 7 An valor bonorum quæ aestimantur considerandus sit respectu temporis mortis defuncti cujus bona dividantur, vel aestimatio eorum quam habent tempore divisionis.
- 8 Declaratur rex. in l. cum quæritur, C. de in officio. testam.
- 9 Inter cohæredes dividentes hereditatem videtur facta venditio, vel permutatio siue patris quem habebat in hereditate; idcirco de evictione in vicem tenentur.
- 10 An filius, qui aliquam rem recipit à patre, vel matre, quæ venit conferenda, teneatur eam conferre, qualis nunc est tempore collationis, vel divisionis, meliorate fore, vel deteriorata, vel pretium quod habebat tempore, quo sibi data est? latissime disceptatur; ubi noviter declaratur rex. in l. ea demum, C. de collation.
- 11 Declaratur rex. in l. 2. in princip. ff. de



- ff. de collat. bonor.
- 12 Declaratur text. in l. plerumque ff. de jaredot. & taxatur Antonius Gomes. qui cum perperam intellexit.
- 13 Item declaratur latissimè text. in l. ea demum C. de collation. & ratio decidendi ejus.
- 14 Dominium rerum dotalium, & dator ù in donatione propter nuptias, transit in filios, quibus dantur, etiam si in potestate parentum sint.
- 15 Augmentum vel diminutio, aut deterioratio rerum, regulariter pertinet ad dominum ipsius rei.
- 16 Data aliqua re in solutum à debitore, vera venditio est, & periculum peremptionis, vel deteriorationis, vel augmentum ipsius rei pertinet ad creditorem.
- 17 Debitor speciei, vel quotæ bonorum, si eam solvat ante diem, quo debebat solvere, de voluntate creditoris, liberatur.
- 18 Donatio facta à patre filio in potestate, quæ à principio non valuit, confirmatur ejus morte, & acquisitio domini ipsius rei donatæ, retrotrahitur, & fructus, & augmentum ipsius rei acquiritur filio.
- 19 Bona à patre, vel matre, data filiis in dotem, vel donationem propter nuptias, quæ ad collationem trahuntur, talia qualia erant tempore, quo eas receperunt, & in illa estimatione conferenda sunt, non e. tempore, quo conferuntur.
- 20 Illatio notabilis quæ ex supra dictis inferitur, quod non teneatur hodie conferre filius emancipatus, ea quæ ex laboribus suis, vel aliunde quàm à patre acquisivit, sicut ea non tenetur conferre filius in potestate.
- 21 Estimatio rerum dotalium inter Socerum & Generum facta, non consentiente filia, quando præjudicet filie.
- 22 Declaratur text. in l. 2. §. de illis, ff. de colla. bonorum, noviter, & subtiliter.
- 23 Declaratur text. in authent. quod locum C. de collation.
- 24 Declaratur text. in l. illud, C. de collationib.
- 25 Militia, vel aliud officium ad hæredes transmissibile, si comparetur à patre filio, qualiter conferatur pretium ejus, vel ipsa militia.
- 26 Bona hereditaria si aestimantur pluri quàm valeant, vel minoris, quod remedium habeant in hoc gravati.
- 27 Potest unus ex cohæredibus taxationem rei hereditariæ factam ab aestimatoribus majori pretio aestimare, vel alium extraneum submittere qui hoc faciat.
- 28 Reductio ad arbitrium boni viri, coram quo Judice petenda sit.
- 29 Si unus ex cohæredibus offerat decem pro re hereditaria, alius offerat duodecim, non tamen statim solvenda,

- solvenda, sed in diem certum; quod admitti non debeat talis litigatio, vel oblatio majoris pretii, sed minoris, dum tamen præsentem pecuniam offeratur.
- 30 Quo tempore fieri debet oblatio majoris pretii, quæ vulgo dicitur puja, inter cohæredes in re dividenda.
- 31 Si minor petat restitutionem adversus unum capitulum partitionis, ex eo quod una res sibi adjudicata minus valeat quàm taxata fuit ab aestimatoribus, an propter hoc audiri, vel restitui debeat.
- 32 Declaratur text. in l. etiam. §. ex causa, ff. de minor.
- 33 Si unus ex cohæredibus multum gravatur in re sibi adjudicata ab Arbitris sine sorte, quia multo minoris valeat quàm taxata est, an poterit contradicere, vel petere reformationem prædicti gravaminis.
- 34 Unus ex cohæredibus non potest unam partem terra, quæ ad mensuram taxata est sibi adjudicari petere, ex eo quod majus pretium offerat pro illa parte, si non omnes partes, vel mensuras illius agri velit habere eodem pretio.
- 35 An creditoribus præjudicium faciant taxationes, vel aestimationes bonorum ab arbitris factæ.
- 36 Si unus ex cohæredibus contradicat aliquam rem in hereditate repertam, in inventario poni, aut dividi inter hæredes, ex eo quod dicat illam suam esse, an impediatur divisio ejus, vel descriptionem in inventario.
- 37 Si unus ex cohæredibus aliquam rem hereditariam subtraxit, vel corruptam, an debeat inseribi in inventario, vel aestimari, ut dividatur.
- 38 Si testator legavit, vel iussit in suo testamento, in aliqua res venderetur in centum si legatario, quæ ducenta valerent, quid ponendum sit in inventario, ipsa res, vel pretium justum, vel id quod dari iussit pro ea.
- 39 An pretium factum inter uxorem, & cohæredes ad dividendum, præjudicabit creditoribus.
- 40 An lectum, vel cubiculum quotidianum ponetur in inventario, cum id lucraretur conjux iuxta testes, & an apprehendatur per aestimate res.
- 41 Si mariti bona non sufficiant ad solutionem æris alieni, quod debetur creditoribus, an uxor superstes licet creditur lectum, vel cubiculum quotidianum, quod ex dispositione legis habere debet.
- V**iso de Inventario, & ejus effectu, quod principium, & caput est omnium divisionum; nunc videndum est de rebus in inventario positis, & aliis quæ trahuntur ad divisionem. Et primo quaeritur,



ritur, Como se han de apreciar las cosas y bienes puestas en el inventario? Nam licet fundi communes inter coheredes possint regionibus dividi, tamē communiter perventura estimationem, & appretium eorum, & aliorum bonorum, quia partes & regiones agrorum non sunt semper æquales, nec ejusdem valoris, licet mensuræ æquales sint; & alia bona communia hæreditaria non possunt esse ejusdem bonitatis, & valoris, ut singula singulis adjudicentur, præterquam ea, quæ recipiant functionem in genere suo, ut in his quæ ponderare, mensura, numero ve consistunt: idè frequenter, imò semper in partitionibus pervenitur ad estimationem & taxationem bonorum in inventario descriptorum, ut habetur in l. hac edictali, §. 1. C. de secund. nupt. & in l. ad officium, C. communi dividundo, & in §. quod si commodè, Instit. de offic. Judicis, & in l. Mevius, §. arbitri, ff. fam. l. herciscun. & in l. si quis putans, §. si fuerit, ff. communi dividundo. Y assi el comun estylo de las particiones, es, que se aprecian los bienes del inventario por apreciadores puestas y nombrados por ambas partes: porque aunque de jure avia de nombrar los apreciadores el juez. Ut in d. l. ad officium, C. communi dividundo, ubi notant DD. Pero porque en estos aprecios podrian hazer agravio los

apreciadores, el comun estylo ha recibido que no los nombre el juez, sino las partes, cada uno el suyo. Quod etiam est de jure novissimo, ut in dict. l. hac edictali, §. 2. C. de secun. nupt. Pero pongamos que estos dos apreciadores no se conformassen en el precio, porque el uno aprecia en mas los bienes, y otro en menos, y differen en el precio de algunos dellos: en tal caso, el Juez nombrara un Tercero para que vala lo que hiziere la mayor parte dellos. Ut in l. item finus, §. principaliter ff. de recep. arbit. Est tamen notandum, quod licet ille text. non probet, quod Judex eligat Tertium, sed quod compellat illos duos arbitros discordantes Tertium eligere, qui adjungatur eis, ut valeat quod major pars statuerit, tamen stylus communis, & practica hoc recepit, quod Tertium non eligant arbitri, vel æstimatores à partibus nominati, sed Judex eum eligat, quod multas quæstiones & dilaciones dirimit, quæ contingere possent propter dissensum duorum in eligendo Tertium, vel propter dilationem, & moram eorum, qui contemplatione ipsarum partium, qui eos nominaverunt, vel ob alias causas rem ipsam longius protraherent: a jed ad hoc commodissime perventum est, ut Prætor ipse Tertium æstimatorem, vel arbitrum eligat, & compellat eos sententiam

tentiam dicere, vel declarationem facere. Pero pongamos que todos tres arbitros, e contadores, o los dos nombrados por las partes, y el Tercero nombrado por la justicia, no se conformassen, ni los dos dellos, porque el uno aprecio en quinze, otro en diez, y otro en cinco, en tal caso parece que ha de valer el parecer del que aprecio en cinco; porque en esta summa menor todos concordaron. Quia in majori summa inest minor, ut est text. expressus in l. diem proferre §. si plures, ff. de recep. arbit. & in cap. 1. de arbit. lib. 6. quod si ita procederet, satis absurdum, & contra rationem esse videtur; idè in casu præmissis crederem non habere locum, nec servandam esse decisionem illius text. & ita tenet expressè Bal. in l. si decem, ff. locati, & Salicet. in l. hac edictali, §. his illud. Cod. de secun. nupt. & Bal. in l. 2. in 6. quæst. Cod. si ser. ex testam. Jason. in §. sequens, Instit. de actionum. 23. Todos los quales tienen expressamente, que la decision de aquel text. in dicto §. si plures, solamente procede; y puede aver lugar, y platicarse en los arbitros recibidos por compromiso: pero no en los apreciadores, y arbitros elegidos para apreciar alguna cosa, por lo qual en este caso se ha de tener y usar del remedio que pone Saliceto in dict. l. hac edictali, §. his illud, C. de secund. nupt. que el juez en este caso, quando

todos tres estan discordes, y no conforman los dos, los apreciara y compelebra a todos tres a que se conformen por prision, o por los otros remedios del derecho, juntado todas tres summas y aprecio de cada uno dellos, y de todas juntas sacara el Tercero, y aquello valdra, y se guardara por precio justo. Quod non est sine ratione, & probat text. notabilis in l. fundum, cum lege seq. ff. mand. quod etiam comprobatur ex doctrina Bart. quæ communis est in l. 1. ff. si certum petat. Quod in his divisionibus faciendis Judex id facere debet, quod commodius sit, & à fraude, & injuria magis alienum; ejus etenim arbitrio committitur quomodo divisio fieri debeat quod sumitur ex textu in l. ad officium, C. comm. dividum. & l. 10. tit. 15. par. 6. Ex ejus etiam doctrina processit stylus supra dictus, quod arbitri discordantes in apreciis, vel aliis: non eligant ipsi Tertium, sed Judex, quia hoc commodius est, & magis alienum à fraude: non enim debet Judex sequi arbitrium ejus, qui minorem summam declaravit in estimationibus faciendis, quia in ea omnes conveniunt; cum hoc non careat suspitione fraudis, & sit contra utilitatem & voluntatem partium.

¶ Secundo quæro. Si los apreciadores, o los tres con el tercero nombrado por la justicia, cometan al



uno sus vezes para que el lo tasse solo, y a aquel solo hiziese la tassacion, si valdra lo que este solo, o los dos a quien comierio el tercero sus vezes, quando fue nombrado el tercero por la justicia, o fueron nombrados tres tassadores o contadores de consentimiento de partes? Et videtur quod valeat, quod ab illo, vel illis declaratum fuerit, si unus, vel duo eorum commiserunt ei, vel duobus eorum veces suas: ut habetur in cap. cum ab uno, de re judi. lib. 6. Respondeo, que lo contrario se deve tener en este caso; imò, que no valdra lo que el uno de los dos, o los dos de tres apreciadores hizieren, aunque el uno, o los dos le cometan sus vezes, porque aquello procede en los juezes que tienen el poder y jurisdiccion del superior que se le da y delega; pero no en los arbitros que tienen el poder de las partes para que todos juntos declaren y den sus pareceres y no lo puedan dar contra su voluntad y orden que las partes les dieron, porque las partes eligieron sus personas e industria dellas para este negocio, y la fiaron dellos por el credito y confianza que dellos tenían, y no pudieron cometerlo al uno que fue nombrado por la otra parte; porque facilmente vendria a hazer lo que le ordenasse la parte que le nombro. Hoc tenet expressè Alberi. licèt non tam clarè rationem hujus assignet, in l. item si unus. §. itam si plures, r. u. §. verfic. item qua-

ro pulchram questionem. ff. de recept. arbitr. ubi asserit ita se obtinuisse.

§ Tertio quero, Si se ha de mirar y hazer el aprecio de los bienes del inventario, y tener consideracion al valor que tenían al tiempo que murio el padre o madre de cuya herencia se trata, o al tiempo que se haze la particion, parece que se ha de tener consideracion al valor que reman los dichos bienes al tiempo que murio el defuncto, y no a lo que agora valen. Et ita videtur diffinire textus expressus in l. cum quaritur, C. de inofficio. testa. & in l. in quantitate, ff. ad legem falcid. ubi not. DD. & in authent. novissima, C. de inofficio. testamen. Pero en este caso se deve tener lo contrario, imò, que la tassacion se ha de hazer conforme al valor que tienen los dichos bienes al tiempo que se haze la dicha tassacion, y particion, con la diferencia que adelante se dira: porque los derechos arriba alegados hablan en otro caso, y para otro efecto diferente del que se trata en la particion de bienes entre herederos, que es para efecto de excluir la querrela de inofficioso testamento, y ver si les quedo a los hijos su legitima enteramente, que su padre les era obligado a dexar de sus bienes al tiempo, que de la Quarta debita Jure naturæ; Os la Quarta Falcidia, qua erat obligado a dexar a su heredero

estrano

estrano quando hizo tantas mandas y legados, que le consumio toda la herencia, sin que le quedasse la quarta falcidia, que era obligado a dexar al heredero, de los bienes que dexo al tiempo que murio, y para este efecto disponen los derechos arriba alegados, que se mire el valor que tenían los bienes del defuncto al tiempo que murio, porque de aquellos sera obligado a dexar la quarta parte, o la legitima que oy manda la ley del Reyno: porque aunque despues valan mas, o valan menos, los dichos bienes y herencia, no crece ni disminuye por esso la quarta falcidia, ni la legitima de los hijos, que entonces era la quarta parte de los bienes del padre, o madre; y oy son las quatro partes de cinco de sus bienes de jure Regio. Pero por hazer se la particion entre los herederos, sino se contiene entre los hijos y herederos con los legatarios, si les dexo su padre su legitima enteramente, o si hizo mas mandas, o legados en su testamento de lo que cabia en el quinto; sino para partilos entre los herederos, no se ha de tener respecto al valor que tenían los bienes al tiempo de la muerte del testador, sino al tiempo que se haze la particion: la diferencia del un caso al otro, es evidente; porque muchas vezes acaece que se haze la particion de los bienes del defuncto dende a muchos años despues de su muerte, quando los bienes

tienen mucho menos valor, y estan gastados y consumidos, como comunmente suele ser en los bienes muebles; y muchas vezes los rayzes estan tan mal tratados, que valen la mitad menos quando se haze la particion y aprecio, que valian al tiempo de la muerte del testador defuncto. Y por el contrario pueden valer agora mucho mas quando se haze la particion, como si quedassen muchos esclavos, ganados, pequeños, y oviesen crecido, no es justo que los lleve uno de los herederos, por lo que entonces valian quando murio el testador. Y por el contrario, si valiesen agora menos, que los llevasse por el valor que entonces tenían quando los dexo el defuncto: maximè si diessen al ux heredero una viña, o heredad, apreciada que valia ciento al tiempo de muerte de su padre, que agora per el mal tratamiento que tiene no vale cinquenta; y a otro hermano diessen otra viña, o olivar, que no valia ciento quando murio su padre, porque era muy nueva, y no estava criada, y agora vale trezentos, que seria grane agravio. Et licèt hoc pateat evidenter ad oculum, ita ut non egeat aliquo juris suffragio: tamen de jure fundatur ea ratione, nam certum est, quod in divisione quæ fit inter hæredes de bonis hæreditariis, contrahitur inter eos quædam permutatio, vel venditio partis communis, quæ traditur

D 2 cohæredi,



coheredi, cum ante divisionem in qualibet parte hereditatis habeat partem pro indiviso, & propterea tanquam quilibet venditor tenetur coheres de evictione, si alteri evincatur: ut in l. si familia, C. famil. herci. cum concordant. si ergo hodie venditur, vel permutatur illa res, quæ dividitur & apprehenditur, tunc temporis debet æstimari verum ejus pretium, non quod antehabuit, vel habebit postea, quia illud non est considerabile, sed pretium quod habebat tempore venditionis, & contractus; ut habebatur in l. 12. ubi notant communiter omnes Scribentes, C. de rescinden. vend. & in l. pretia rerum ff. ad legem falcidiam, & est text. magis expressus in l. in lege falcidia hoc esse servandum, in sine ff. ad legem falcidiam, cujus hæc sunt verba: Corpora, si qua sunt in bonis defuncti, secundum rei veritatem æstimanda erunt, hoc est secundum præsens pretium, nec quicquam eorum formali pretio æstimandum esse sciendum est. *Y así se concluye, que para efecto de saber a sí el padre, o madre, dexar a sus hijos enteramente su legitima, y no se consuman y graven con los legados o mandas, quando ovieren dada o contienda desto, o si caben en el quinto, se han de hazer los aprecio de la herencia por el valor que venian quando murió el padre, e la*

*madre, de cuya herencia se trata: pero para hazer la particion de los dichos bienes entre los herederos, se ha de tener respecto a hazer se el aprecio por lo que valen al tiempo que se haze la particion, quod verissimum puto.*

*¶ Quarto quæro. Si el padre, o madre, dio a unos de sus hijos en A dote, o donacion prepter nuptias, una heredad, o viña, o otravez, o algunos bienes muebles sin aprecio, y al tiempo que se viene agora a hazer la particion, y la trae a collacion con los otros hermanos y herederos, esta menoscabada, vale mucho menos de lo que valia al tiempo que se le dio su padre: o pongamos que valiese mucho mas, porque ha subido en el precio, o porque el hijo la ha mejorado y plantado; y piden los otros coherederos que la trayga como esta a particion, o el valor de lo que agora vale, y que esto se ponga por aprecio. El hijo que la recibio dixo, que no ha de traer a particion mas de lo que valia al tiempo que la recibio. Quid juris sit, queritur in utroque casu? Respondeo, Quod hoc videtur de jure expeditum & clarum; nam si pater dedit prædicta bona æstimata; tunc vera venditio est, & solum tenetur reddere pretium, non autem bona quæ recepit in specie, si verò æstimata non fuerunt, tunc tenetur reddere dicta bona in eadem specie, sicut ea recepit;*

*pit, & pretium fieri debet, secundum æstimationem, quam hodie habent, cum ad collationem trahuntur: ut in l. plerumque, ff. de jure dot. & expressius probatur dicta conclusio in l. ea demum, C. de collat. cujus verba sunt; Ea demum ab emancipatis fratribus his, qui remanserunt in potestate, conferri consueverunt, quæ in bonis eorum fuerunt eo tempore, quo pater fati munus implevit. Ad idem text. notabilis in l. 2. in prin. vers. de illis quæ sine culpa ff. de collat. bonor. & in propriis terminis hoc tenet Paul. Cast. in l. illud, C. de collat. quem refert, & sequitur Greg. in l. 3. tit. 15. part. 6. idem tenet Ant. Gom. in l. 29. de Toro, n. 13.*

*¶ Sed mihi videtur, salva eorum pace, quod hæc conclusio non sit vera; tum quia jure non probatur, tum quod contra rationem sit, & contra juris civilis regulas; ut ex infra dicendis apparebit. Sino que el hijo, o hija, seran obligados a traer a collacion y particion el precio, o estimacion de los bienes que recibio al tiempo, que se los dio su padre, o madre; aunque los haya recibido sin aprecio: y no se estimen por el valor que tienen de presente, quando se haze la particion; Rationibus sequentibus: Et quia ista quæstio frequens est & subtilis; & non bene explicata per DD. antiquos, nec modernos; ideo eam latiore tractatu, ac*

*examine expedire necesse est. Ad cujus intellectum præmittendum est, quod text. in d. leg. ea demum, C. de coll. & in l. plerumque, ff. de jure dot. quos allegat Anton. Gom. non probant suam conclusionem, ad quam eos allegavit: nam text. in d. l. plerumque loquitur de rebus datis in dotem non æstimatis à patre ipsi genero suo; nam cum dotem reddere debeat soluto matrimonio; & ipsa dos æstimata non fuerit tali æstimatione quæ faciat emptionem, ipsam dotem, quam recepit, reddere debet in eadem specie; & non pretium ejus, cum ipsas res non emerit, & pretium earum non recepit: ideo quia debitor est speciei, solutione ejus liberatur, vel interitu ejus, si sine culpa sua perierit: ut in l. si ex legati causa, ff. de verb. oblig. cū similibus, & in d. l. plerumque & in hoc casu loquitur ille text. quia ad hoc dantur in dotem sine æstimatione, ut ipsæ met res reddantur soluto matrimonio sicut fuerint. Nos verò loquimur de æstimatione ipsius rei in dotem datæ, quæ nunc venit conferenda fratribus, de cujus pretio tractatur inter alias personas; nam illud quod factum est cum marito, solum illi præjudicat, & patri mulieris, cum quo contraxit in æstimatione rerum dotalium, non filii; si ipsa in his non consensit; in quo casu non*



est eadem ratio, quæ est in genero, & patre matris, inter quos de his pretiis actum est; vel si non æstimataz data sint, cum redditor dos, solum tractatur de liberando marito à solutione dotis, vel speciei, quam recepit; nam tradendo eam qualiscunque sit eo tempore, quo reddit, liberatur, cum sit debitor speciei: ut in l. si ex legati causa, ff. de verbor. oblig. & in l. pignus, C. de pignor. act. in leg. que fortuitis, eo tit. ubi not. DD. & in l. fin. Asia, ff. de pign. cum similibus quæ ratio cessat in filia, quando trahit ad collationem bona, quæ recepit in dotem; ut latius infra dicitur.

Item minus probat dictam conclusionem textus in dicta leg. ea demum, C. de collat. ad quem eum allegavit Anton. Gom. quia illa lex loquitur in alio casu, putà quando filius emancipatus admittitur ad hæreditatem paternam beneficio Prætoris; tunc enim induxit Prætor, ut conferret filio in potestate omnia bona profecticia, & adventitia, & alia bona quæ haberet undecumque quæsitæ, quæ patri olim acquirebantur, ut servaretur æqualitates inter fratres; nam sicut filius, qui erat in potestate tempore illius legis conditæ, omnia acquirebat patri præter castrensia, vel quasi castrensia, ut in l. placet, ff. de acquir. hered. & in l. cum oportet

in princ. C. de bonis, quæ liber. nec ipse poterat aliquid retinere, voluit Prætor quod sicut filius suus acquisivit omnia quæ habuit patri, similiter filius emancipatus, qui retinere poterat profecticia, vel adventitia, quæ non acquisivit patri, jam quod admiserit cum ad hæreditatem paternam, traheret ad collationem omnia bona quæ haberet undecumque quæsitæ, quæ acquirerentur patri si emancipatus non esset: sicut acquisivit filius in potestate ipsi patri: hoc sumitur ex l. 1. in prin. & in §. 1. & in l. 2. §. de illis, ff. de collat. bon. ubi not. DD. & Barto. in l. pater filium, ff. de collat. bonor. omnes scribentes in dict. l. ea demum, & in l. si emancipati, C. de collat. non tamen dicit ille text. quod si pater dedit aliqua bona sua filio emancipato, traheret ad collationem qualia essent tempore, quo pater moritur, & collatio esset facienda, sed quod filius emancipatus conferre teneatur omnia bona sua undecumque quæsitæ præter castrensia, vel quasi castrensia, cum admitteretur ad hæreditatem patris, sub ista universitate honorum, quæ habebat emancipatus, intelligebantur bona, quæ habet tempore mortis patris, deductis debitis; quia honorum appellatione intelliguntur bona, quæ quis habet deducto ære alieno, præter consumpta, & alienata

nata præter filium; ut declarat ibi text. & Glof. & l. 2. §. de illis, ff. de collat. bon. in verbo, culpa: ecce ergo, quod textus ille in l. ea demum, non loquitur de augmento, vel diminutione rei datæ à patre filio emancipato, quæ venit conferenda; sed solum dicit quod conferat emancipatus filio in potestate omnia bona, quæ habet & acquisivit in vita patris, deducto ære alieno: cum ergo ille textus loquitur in alio casu, differentem rationem habente, non potest fundari in eo prædicta conclusio ad quam allegatur.

Lo segundo, porque aquel texto, y su decision esta corregida por otros derechos mas nuevos, porque en quanto por el se estatuye que el hijo emancipado ha de traer a collacion viniendo a heredar su padre, todos los bienes adventicios, y profecticios; que quiere avido de su padre, o de su madre, vel undecunque, præter castrensia, vel quasi castrensia, esta corregido per la ley. Cum oportet, C. de bonis quæ liber. ubi statuitur, quod filius in potestate non acquirit patri bona adventitia præter usumfructum eorum, qui acquiritur patri, sed sibi remanet proprietas, sicut aliorum bonorum castrensiùm. Item in quantum ille text. in d. l. ea demum, & l. 1. ff. de colla. bonorum, statuetur quod filius emancipatus ve-

niens ad hæreditatem patris, conferret fratribus in potestate manentibus, hæreditatem matris, vel alia bona adventitia, similiter est correctus per legem, ut liberis, C. de collat. ubi statuitur quod filii in potestate, & emancipati, venientes ad hæreditatem patris, non conferant adventitia, sed solum profecticia, nisi quando venerit ad hæreditatem maternam, & agatur de successione ejus, à quo bona processerunt: cum ergo d. lex, ea demum, & ratio ejus sit correctæ, non bene trahitur ad propositum, ad quod eam allegavit Anton. Gom.

Item decisio & determinatio ejusdem Anton. Gom. quod bona conferenda sunt talia, qualia sunt tempore mortis parentis, de cujus hæreditate agitur; dura, & contra rationem, & regulas juris civilis esse videtur: nam certum est, & à nemine dubitatur, quod dominium rerum dotialium, & donationis propter nuptias, transeat in filios, & non reacquiratur patri, licet filii sint in potestate patris, etiam de jure communi ante legem Tauri, qua hoc expressè, & generaliter statuit in omnibus liberis, post traditionem factam ipsarum rerum; ut in l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. eriscund. & l. fin. in fine, ff. de collat. bon. & in l. 3. §. sed unum, in



*fine, ff. de minor. ubi not. DD. & Bart. in l. pater filium, ff. eodem tit. & in l. filia dotem, C. de collation. & idem ad collationem doris, & donationis propter nuptias, tenentur filii; quia valuit à principio donatio; & dominium ad eos transit: si enim dominium non transiret in filium, non esset necessarium, quod illa bona traherentur ad collationem; cum si remaneret in bonis patris, per iudicium familiæ herciscundæ posset dividi; sicut alia bona hæreditaria patris, ut in l. si donatione, Cod. de collat. ubi not. DD. & in l. 2. Cod. de inoffic. donat. cum ergo dominium earum rerum sit penes filios, secundum juris regulas ad eos debet pertinere, damnum, vel commodum deteriorationis vel augmenti, quia hæc omnia regulariter sequuntur dominum: ut in l. quæ fortuitis, C. de pign. act. ubi not. DD. & in l. pignus, eodem tit. cujus verba sunt: Pignus in bonis debitoris permanere: idèque ipsi perire, in dubium non venit. Hoc idem probat text. elegans in l. si id quod donatum sit in princip. ff. de donat. inter virum & uxorem, cujus verba sunt: Si id quod donatum sit, perierit, vel consumptum sit, ejus, qui dedit est detrimentum: merito, quia manet. ejus res qui dedit, suamque rem perdidit. Cum ergo res pereat*

periculo domini, & ad eum pertineant accessiones, & deteriorationes ipsius rei, & filii habeant à principio traditionis factæ à parentibus dominium earum rerum; quare non sequetur eos periculum, damnum, vel commodum, augmentum vel diminutio ipsarum rerum?

Quod patet evidentiùs per exemplum sequens: ponamus enim quod pater, vel mater dedit filii in dotem, vel filio propter nuptias ad sustinenda onera matrimonii, quasdam oves, vel boves, ex quibus filius, vel gener, vel ipsa filia soluto matrimonio multos fructus receperunt; & post multum temporis aliqua clade, vel casu, vel senectute, forte paulatim perierunt, mortuo patre vel matre non erit æquum, quod filius, vel filia, conferat pretium, vel æstimationem earum, quod habebant tempore donationis, cum hi casus sequantur dominum? certè absurdum esset contrarium dicere; nam alias diceremus quod pater, & ejus hæredes tenerentur de his casibus, & præstare debere mortalitatem horum animalium: & simile posset contingere in servis, aut equis datis in dotem, vel donationem propter nuptias, & in rebus mobilibus, quæ usu consumuntur, si consumptas vellet filius conferre,

re, quas integras, & magni valoris recepit: & ex contrario esset iniquum, si pater dedit in dotem, vel donationem propter nuptias centum oves; vel boves, quæ post longum tempus multiplicatæ sunt naturaliter scetibus ipsarum, si vellet fratres, ut gregem integrum, sicut nunc est augmentatum tempore mortis patris, frater conferat; quod esset iniquum, cum pater & mater ad hoc dederit, ut dominium earum rerum habeat, & fructibus earum fruatur, & filius industria sua forte fructus earum auxit, nolens vendere, vel consumere in usus suos ut potest, sed augmentare gregem, ut major fiat, ex quo resultaret sibi magnum incommodum, & pro bono opere malum reciperet. Et idem posset contingere, si servos forte recepit in dotem, vel donationem propter nuptias, qui essent in infantili ætate, & tempore mortis patris essent adulti, vel majoris ætatis, qui plus quadruplo nunc valent, quam eo tempore quo recepit, & fratres petant, ut conferantur, & æstimentur eo pretio quo hodie sunt cum conferuntur; similiter esset iniquum, si filio dedisset in donationem propter nuptias agrum incultum, qui plantavit eum arboribus, propter quod tempore mortis patris cum illa creverat

rint, ager ille multo pluris valeat, certè iniquum, & contra jus esset petere fratres ejus, ut agrum illum conferat, & æstimetur quantum hodie valet, ut id conferatur.

Tertid confirmatur supra dictatè conclusio; quia quando aliqua res datur in solutum, cum vera venditio sit, & dominium transeat in accipientem, sine dubio liberatur debitor; & creditor, qui recepit eam, & suo periculo habet, etiam incrementum, vel deteriorationem ejus ad eum pertinet, sicut ad emptorem; ut in l. eleganter, ff. de pign. actiou. & in l. necessario, ff. de peri. & comm. rei vendita, si ergo hoc jus est in re data in solutum à debitore creditori suo; quare non idem erit, quando pater dedit filio aliquas res in donationem propter nuptias, eo animo, vel pacto tacito, vel expresso, ut habeat in partem Legitimæ sibi debita, & imputet, vel conferat tempore mortis patris?

Nec obstat si dicatur, quod diversum est in filio talia bona recipiente, quod in creditore; nam si creditor in centum recipiat aliquam rem in solutum à debitore suo, tacitè, vel expressè sit æstimatio ipsius rei; nam sic expressè est emptio & venditio, & idem est tacitè, data re in solutum; nam si creditor eam recipiat



pro debito, tacite videtur æstimata in toto debito, & sic erit venditio: quod non contingit in patre donante filio propter nuptias, vel dante dotem filia; quia eis non debetur pretium: Ad quod respondeo, quod nihilominus procedit supra dicta conclusio, quia non habet pater necesse rem æstimatam tradere filio, cum non sit debitor pecuniæ, vel quantitatis: sed debitor speciei, vel quotæ hæreditatis in tempus mortis suæ, & eam nunc tradit filio etiam inæstimatam, hoc pacto tacito, vel expresse, ut intelligitur semper in tali donatione propter nuptias, vel dote, quod ea imputetur in Legitimam, & conferatur, ut tenent communiter omnes Doctores, in *l. si donatione*, & in *authen. ex testamento*, *C. de collat.* idem solutione ejus, quod debetur, liberatur, nam debitor speciei, vel quotæ bonorum, soluta specie, vel quota hæreditatis creditori suo, liberatur, si ante tempus de consensu creditoris solvat, ut in *l. post mortem*, ubi not. DD. *C. de fideicommiss.* & in *l. filius familias*, §. *divi*. ubi Bart. & Paul. *ff. de legat. 1.* si ergo pater liberatur statim, quod ipsas tradidit filio suo, qui dominium earum acquisivit statim cum traditio facta fuit, quare tenebitur pater de periculo, vel deterioratione, vel casu ipsarum rerum, qui

jam liberatus est solutione ejus quod debetur: ut in §. 1. *Institut. quibus mod. tollit. obligatio*: cum *concordant.*

Quarto pro hac parte facit textus notabilis in *l. donationes*, quas *parentes, in fin.* & ubi *Glof. in verbo, referatur*, *C. de donat. inter virum & uxorem*, ubi statuitur quod si pater donaverit filio in potestate, cum à principio non valeat donatio, mortuo patre non facta revocatione donationis, confirmatur donatio, & retrahitur confirmatio ad diem contractus, quasi à principio valuisset; & sic pertinebit ad filium partus, & incrementa, & deteriorationes ipsius rei, ut notat ibi *Glof.* quam sequuntur *Bar. Albe. & Salcer.* & communiter omnes scribentes: si ergo in isto casu ubi donatio non valuit, confirmata donatione per mortem patris, retrahitur effectus ejus, quasi à principio valeret, & ad filium, qui donationem accepit, pertinent partus, & accessiones, damna & deteriorationes ejus; quare non idem erit quando à principio valuit donatio, & dominium ejus transit in filium? nam solum ratione domini hæc omnia ad eum pertinere debent, ut *supra* diximus. *Yan si se concludye*, rationibus *supra* dictis in principio *quæstionis* quibus congruè respon-

ponderi non potest: *Que la estimacion de los bienes que el padre o madre dieron à sus hijos en dote y casamiento, o donacion, propter nuptias, que se trahen a particion, se han de estimar y apreciar por el precio y valor que tenían al tiempo que se los dieron, y no al valor que agora tienen, ora fuesen estimados al tiempo que se los dieron, ora no lo fuesen, y que el peligro y deterioracion dellos, o aumento, sera del hijo despues que los recibio, y no del padre, o madre, ni sus herederos, rationibus supra dictis.*

19 Ex quibus inferitur, quod sicut hodie adventitia non conferuntur, sed pater in eis solum habet usufructum, filius autem proprietatem, ut in *l. cum oportet*, *C. de bonis quæ libe.* ita hodie emancipatus non tenebitur conferre adventitia, quæ ipse ex laboribus suis, vel cum pecunia sua acquisivit, cum esset ratio, quæ induxit emancipatum conferre filiis in potestate bona, quæ ipse acquisivit, ut æqualitas servetur inter eos, cum filius in potestate non conferat hodie adventitia, & sic cessat ratio legis *1. in prin.* & per totam *l. ff. de collat. bonor.* quæ ex æquitate Prætoris prædictam collationem induxit: restat in hac parte responderi ad aliqua jura, & rationes quæ videntur fundare opinionem contrariam.

Et primò non obstat textus in *l. plerumq;*, *ff. de jure dor.* in sua distinctione, quam fecit, si bona dotalia fuerunt æstimata, vel inæstimata. Quia ille textus loquitur de contractu factò à socero cum genero suo, in quibus servanda est illa distinctio, ut si æstimata dos fuerit, teneatur solvere æstimationem, quia vera emptio, & venditio contractus ille est inter eos; si verò inæstimata fuerit, & res data: in dotem perierunt, non tenebitur ad æstimationem, quia debitor speciei, perempta specie sine culpa sua, liberatur, ut in *l. si ex legati causa*, *ff. de verbor. oblig.* nos verò loquimur, quando ipsa filia non contraxit, quia contractus factus inter socerum, & generum, non obligat ipsam filiam, quæ non consentit actibus eorum; nam pacta inter alios facta non præjudicant, nec profunt aliis; ut in *l. si unus*, §. *ante omnia*, *ff. de pactis*: cuius hæc sunt verba: *Ante omnia enim advertendum est, ne conventio in alia re facta, aut cum alia persona, in alia re, aliæ persone noceat.* Ex qua lege inferitur quod si filia non consensit contractui factò inter ejus patrem & maritum, quantum ad æstimationem rerum dotalium, licet pater, & maritus conferent, soluto matrimonio poterit ipsa petere ab hæredibus viri ipsas res dotalis in specie,



nec tenebitur recipere pretium, vel æstimationē à marito ejus factam. Quod cum hoc moderamine intelligi debet, quando dos inceptit à promissione patris, qui certam speciem, vel quantitatem pecuniæ in dotem promisit genero suo nomine dotis, tunc enim species, vel pecunia debeatur, & jus quæsitum sit filiæ ex illa promissione, ut in *l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de cond. & demonstr.* non potuit maritus ejus præjudicium facere recipiendo res æstimas loco pecuniæ debitæ; ut in *l. fin. §. fina, ff. de pactis*, & *l. id quod nostrum est, ff. de regul. juris*, solum ergo ipsi marito præjudicium fiet ex tali permutatione, & emptione, non uxori, quæ non consensit; si vero dos inceptit à traditione, & pater dedit genero suo aliquas res æstimas, tunc filia non habebit actionem ad ipsas res æstimas soluto matrimonio, sed solum ad æstimationem, & pretium earum, quia venditio vera fuit facta inter patrem & maritum ejus, nec unquam ipsa filia actionem habuit ad aliud, cum pater non promiserit speciem, vel pecuniam dotis nomine daturum. Quod est valde notandum, quia est maximi effectus.

Sed quia contra istam solutionem datam ad dictam legem, *plerumque, ff. de jure dot.* posset quis

insurgere dicens, quod bene responsum est ad unum casum quando æstimatio facta est inter focerum & generum, quod illa æstimatio non præjudicat filiæ si ipsa non consensit tali æstimationi; sed ad alium casum non respondeatur, nec confert dicta solutio; nam si dos data esset in specie, sine æstimatione, non pertinet ad maritum damnum, vel commodum rerum dotialium, sed ad uxorem; ergo non pereunt periculo recipientis mariti. Quibus respondeo, quod imò ille *textus*, si bene inspiciatur, facit pro nobis, & pro conclusione nostra superius tradita, quod periculum vel commodum rerum dotialium, vel donationis propter nuptias, quas pater dedit filiis inæstimas, non pertinet ad patrem, nec ad ejus hæredes, sed ad filium, vel filiam, qui talia bona receperunt: nam *textus ille in dicta leg. plerumque*, non dicit quod periculum, & commodum rerum dotialium, quando non æstimate datæ sunt pertineant ad patrem, qui dotem dedit, vel ejus hæredes; sed ad filiam, ad quam revertitur dominium earum rerum, & sic pereunt periculo domini secundum regulam juris supra traditam, & sic si bene consideretur ille *textus in dicta leg. plerumque*, facit pro nobis, & non contra: Nam licet ibi statuatur

ad

ad pretium, quando dos sine æstimatione data est, non tamen negatur, nec est dubium, quod periculum mortalitatis, vel deteriorationis ad eum pertineat pro tempore, quo duraturum est apud eum dominium constante matrimonio; nam re vera dominium, & usumfructum quod habet, amittit: ad uxorem vero ad quam (soluto matrimonio dominium revertitur) perpetuo duraturum, vel ad ejus hæredes pertinet periculum perpetuum mortalitatis, vel deteriorationis: & hoc voluit ille *textus*, rectè intelligendo; & sic manet regula juris intacta, quod casus prædicti semper sequitur dominium rei, ut supra diximus: & ille *textus in dicta leg. plerumque*, non contradicit; ex quo sequitur quod periculum, & commodum contingens in ipsis rebus datis à patre in donationem propter nuptias, vel in dotem, sive æstimate, sive inæstimate fuerint, semper pertinent ad filios, quippe cum domini sint earum rerum; non ad patrem, vel ejus hæredes; non tamen ex eo sequitur quod filius, vel filia non teneantur ea conferre, & liberentur conferendo ea consumpta, vel detrita; qualia fuerint tempore mortis patris; nec *textus ille in dicta leg. plerumque*, hoc probat, cum de collatione non loquatur, nec

aliquid disponat: remanet ergo casus in dispositione juris communis, quod periculum, damnum, vel commodum, seu augmentum rerum pertineat ad dominum, & sic pertinebit ad filios, non ad patrem, nec ejus hæredes; cui consequens est, quod si ipsæ res filiis traditæ perierint, si ad hæreditatem parentum velint admitti, pretia ipsarum rerum conferre teneantur, hoc est quantum dicebant tunc temporis, cum dicta bona receperunt; cum commodum, vel detrimentum superveniens, ad ipsos filios (cum dominium habeant earum rerum) pertineant, & non ad patrem, & sic magis confirmata manet conclusio nostra supra relata.

¶ Minus obstat *textus in dicta leg. ea demum, C. de Collation.* quia loquitur de universitate bonorum, & eorum translatione in cohæredes, de qua universitate deducitur æs alienum, & omnia bona consumpta, vel alienata, ut supra diximus.

¶ Item, non obstat *textus in dicta leg. 2. §. de illis, ff. de collat. bono.* qui videtur contradicere supradictæ conclusioni, quam tenui, in eo, quod dicit quod filius emancipatus, qui bona sua conferre tenetur filiis in potestate, non tenetur conferre illa bona quæ perierunt, si ne culpa sua post mortem patris,

E 3 cujus



cujus verba sunt: *De illis, quæ sine culpa filii emancipati, post mortem patris perierunt, quaritur, ad cujus detrimentum ea pertinere debeant? & plerique putant ea, quæ sine dolo malo, & culpa perierunt ad collationis opus non pertinere, & hoc ex illis verbis intelligendum est, quibus Prætor viri boni arbitrarij jubet bona conferri: vir autem bonus non sit arbitrarius conferendum id, quod nec habet, nec dolo, nec culpa de sit habere. Ex quibus verbis videtur ille textus dicere quod filius emancipatus non teneatur conferre fratribus bona sua, quæ sine dolo, & culpa sua perierunt, & sic sufficit conferre bona, quæ habet tempore mortis patris qualia fuerint, non consumpta, vel perempta sine culpa sua; qui textus profectò prima facie videtur multum contradicere suprâ dictæ conclusioni, & opinioni nostræ, & in eo principaliter fundarunt opinionem contrariam DD. antiqui, & moderni, sed re vera non contradicit nostræ, nec fundat contrariam opinionem, nam si bene consideretur textus ille, loquitur de illis bonis, quæ filius emancipatus habebat tempore mortis patris, & post mortem ejus perierunt quod probat ibi, *post mortem patris perierunt*, non autem loquitur de bonis, quæ perierunt in vita patris, in quibus magna est differentia, idcirco si-*

gnanter dicit text. *post mortem patris perierunt*, quia de illis poterat esse dubium, cum mortuo patre, hæreditate ejus filio delata, in quam se immiscuit, vel immiscere vult, ut partem habeat hæreditatis paternæ; jam est jus quæsitum fratribus in bonis emancipati, cum ea in medium conferre teneatur, & partem faciat fratribus, nec aliter admittatur ad hæreditatem paternam secundum illa tempora, quibus omnia bona sua filius emancipatus conferre tenebatur præter castrensia, vel quæ si castrensia, ut in *l. i. in princ. & in §. nec castrense, ff. de collat. bono.* & de illis bonis quæ post mortem patris perierunt loquitur *illa l. in dict. §. de illis*: nam in his bonis, quæ perierunt post mortem patris, poterat dubitari, an perirent periculo ipsius filii, cum jam videantur non sua, sed communia cum fratribus, & ipse tanquam possessor, vel administrator rei alienæ, quaritur an teneatur de culpa, vel casu eorum, quæ perierunt post mortem patris? & respondit Jurisconsultus, quod non teneatur de his quæ perierunt sine dolo & culpa sua post mortem patris, sicut est in quolibet possessore rei alienæ, quæ sine culpa sua perierit, ut in *l. si ex legati causa, ff. de verbor. obli. de his autem, quæ perierunt ante mortem patris, nullum*

nullum verbum dicit ille textus, quia de his non erat dubium, cum essent bona propria filii emancipati, nec fratres in eis ullum jus haberent, idè ad emancipatum pertinet periculum, vel augmentum eorum indistinctè, sive culpa sua perierint, sive sine culpa; solum enim teneatur conferre quæ nunc habet tempore mortis patris, cum in universitate bonorum, quæ conferre teneatur, quæ nunc habet veniant debita, vel æs alienum, nec bona alienata, vel consumpta, ut sensit Gloss. ibi in verbo, *culpa*, cum qua transeunt Bartol. & Alberic. ibi, & sic periculum, vel commodum, pertinebit ad filium, cujus est dominium earum rerum, non ad fratres; idè pro nobis facit, & non contra.

Secundo, quia ille textus in *dict. §. de illis*, non loquitur de bonis datis à patre filio emancipato, sed solum de bonis filii emancipati ab eo acquisitis, in quibus poterat non habere bona paterna in specie sibi data in donationem propter nuptias non æstimata, de quibus loquitur *Tractatus noster, in hac parte*, nam diversa ratio erit in his ut reddere debeat æstimationem eorum cum patris fuerint, & filio data in solutum suæ portionis hæreditariæ, quæ est in aliis bonis, quæ filius aliunde

quæsitivè, nec data sunt à patre hoc pacto tacito, vel expresse, ut conferantur, & impentur ei in legitima.

¶ Tertio, quia ille textus in *dict. §. de illis*, loquitur de universitate bonorum, & eorum translatione in cohæredes, de quibus deducitur æs alienum, & alienata, vel evicta, vel consumpta, ut supra in solutione contrariæ legis, ita demum, diximus, *C. de collation. 23*

¶ Est & alius textus in *authent. de equal. dor. §. illud quoque coll. septima*, sumptus in *authent. quod locum, C. de collation.* qui nimis stringit, & videtur contradicere supra dictæ conclusioni, ubi probatur quod si dos detur à patre genero suo nomine filia, & maritus eam perdiderit sine culpa filia, dummodo filia non fuerit negligens in ea recuperanda à marito, ipso ad inopiam vergente, secundum formam positam in illo text. quod mulier non teneatur conferre dotem, & nihilominus habebit hæreditatem patris.

Sed verè textus ille non obstat; nec contradicit dictæ conclusioni; loquitur enim in casu quo pater dedit dotem genero suo, qui eam perdidit sine culpa filia, ut merito filia non teneatur conferre, quod non recepit, non loquitur in casu, quo filius, vel filia dotem recepit, vel donationem propter nuptias,



nuptias, & dominium earum rerum ad eos pervenit; & in his terminis procedit conclusio supra dicta: Ratio diversitatis hæc est, quod quando pater dedit dotem pro filia genero suo, nihil illa recipit, nec postea soluto matrimonio ad eam pervenit, nec fuit in culpa recuperandi eam à marito suo, idè ad collationem ejus non tenetur, quando maritus sua culpa dotem perdidit, vel consumpsit, & hic est casus illius textus in *dicta authent. quod locum, de collation. C.* si verò pater donavit propter nuptias bona sua inæstimata filio suo, vel filia suæ, in partem legitimæ suæ, ut ex eisdem bonis alantur, & dotentur, & ipsa filia postea dedit in dotem marito suo eadem bona inæstimata, tunc procul dubio dicendum est, non habere locum in hoc casu *dictam authent. quod locum*; quia cessat ratio ejus si dicta bona inæstimata sine culpa viri, morte naturali, vel alio casu perierint, vel deteriorentur; nam *textus* ille loquitur quando culpa viri consumpta sunt, nam licet maritus liberetur, quia debitor fuit speciei, interitu, vel deterioratione, ut in *l. plerumque de jure dot.* Tamen periculum mortalitatis, vel deteriorationis earum ad eum pertinet, qui dominium habet earum rerum, & sic ad filios qui dotem, vel donationem

propter nuptias receperunt, quia quod sibi debitum erat, receperunt à patre, & eo usi sunt ad voluntatem suam sine facto patris, idcirco ad collationem tenentur eorum bonorum quæ receperunt; & hic est casus noster, in quo diximus teneri filium, vel filiam, ad collationem æstimationis eorum bonorum, ut tantum conferant quantum valebant eo tempore, quo dicta bona receperunt, quo dicta bona receperunt, & dispositio illius textus in *dicta authent. quod locum*, quæ alio casu loquitur evidenter; & sic puto intelligendam, limitandam esse ratione prædicta.

Tertius casus est, quando pater dedit dotem genero suo, pro filia inæstimatam, in mobilibus, & animalibus, quæ naturaliter perierunt, vel usu consumpta sunt: & hic est casus magis dubitabilis, nam quoad generum, expeditum est, quod non tenetur de illo casu, vel detrimento, sed ad uxorem pertinet, ut in *allegata lege, plerumque, de jure dot.* quoad collationem tamen nihil ibi dicitur: credo tamen verum esse quod *suprà* diximus, in hoc casu, quod filius, vel filia teneantur conferre pretium & valorem dictorum bonorum, quæ inæstimata tradita sunt à patre, rationibus supra scriptis; & hac potissimè quæ sequitur,

tur, videlicet quæ in *dicta authent. quod locum*, patri potuit imputari culpa quòd tali genero dotem tradidit, qui eam perdidit sine culpa filia, de se enī queri debet quòd negligenti homines suas tradidit, argum. *textus in l. Socius, ff. pro Soc. & in §. i. Institut. eod. titul. & in §. præterea, Institut. quibus mod. re contrah. oblig.* quare filia non tenetur ad collationem dotis si sine culpa sua non potuit à marito dos recuperari facto patris; in casu verò *legis, plerumque*, quando pater dedit genero dotem inæstimatam in mobilibus, vel animalibus, quæ naturaliter perierunt, nulla culpa patris deprehenditur in hoc casu, cum naturaliter, vel senectute perierunt, idè isti casus dominium spectant, non ad patrem & ejus hæredes, & idè ad collationem æstimationis tenebuntur filii ad quos dominium earum rerum revertitur; secundum regulam juris supra dictam, quod periculum, damnum, vel augmentum rerum, regulariter ad dominium pertinent, & dominium earum rerum sequuntur.

Superest respondere ad aliud difficile contrarium, quod quibusdam forte insolubile videbitur, in *l. illud. C. de collation. in princip.* ubi habetur; quod si pater emerit filio militiam, solum teneatur conferre fratribus pretium ejus

*Ayora de Partitionib.*

quanti vendi potuit tempore mortis patris, non autem pretium, quanti eam emit pater eo tempore quo eam comparavit filio: ecce ergo *textus*, qui expressè disponit, quod bona data à patre ipsi filio, non æstimantur quoad collationem faciendam quantum valebant tempore, quo pater donavit filio, sed tempore mortis patris.

Sed his non obstantibus, existimo prædictam conclusionem, quam *suprà* tenui, veram, & tenendam esse, quia ille *textus in l. illud. C. de collation.* loquitur in alio casu differenti in facto, & ratione: loquitur enim quando pater comparavit filio aliquam dignitatem, vel militiam, quæ personalis est, & non transmissibilis ad hæredes; nam tali casu, si non possit vendi, nihil filius conferre tenetur, quia nihil in bonis suis habere videtur, licet pecunia patris empta sit, ut in *l. i. §. nec Cassense, ff. de collat. bonor.* si verò talis sit dignitas, vel militia, quæ vendi possit, si non est transmissibilis ad hæredes, quia personalis est, tunc filius conferet æstimationem ejus quanti vendi potuit tempore mortis patris, & non pretium, quòd comparata est, vel valebat tempore, quo pater eam comparavit filio; & hoc casu loquitur *textus in dict. l. illud.* & ita declarant *ibi* communiter omnes.

F Con-



Conclusio verò nostra procedit, & locum habet quando pater comparavit, vel donavit filio alias res familiares, quæ ad hæredes transmitti possunt, nec pereunt cum persona filii. Ratio diversitatis hæc est, quod in militia empta per patrem, & donata filio, nimis gravaretur filius, si pretium, quo empta est, teneretur conferre fratribus ipse, vel ejus hæredes, cum morte ejus filii pereat militia, & nihil possit transmittere ad hæredes, maximè si in vita patris mortuus esset. Item, quia etsi viveret tempore mortis patris, tamen communiter ista militia, vel officia plus oneris, vel honoris habere solent, quam commodi pecuniarii, & cum sint personalia, & morte finiuntur, & cursu temporis minus valeant (quia quotidie proximior est morti, qui militiam non transmissibilem ad hæredes habet) iniquum evidenter esset obligare filium, cui ignorantia fortè, vel invito pater militiam comparavit, ut conferat pretium, quod pro ea comparanda erogavit pater; idcirco statuit ille textus in *dist. l. illud, C. de collation.* quod non teneatur filius conferre ultra pretium, quo vendi potuit tempore mortis patris, quia illud habere potest filius si vult eam vendere, si verò maluerit illam habere, illud pretium conferat, quia

non gravatur in eo (etiam si minus hodie cum collatio facienda est valuerit) & ideo statuitur quod solum pretium conferat, quod valeat tempore mortis patris, & non tempore, quò pater emit filio: in aliis autem rebus non æstimationis datis à patre, idèò conferendum est pretium quod valebant eo tempore, cum pater dedit filio, quia certum pretium & valorem habent, & non pereunt morte possidentis, sed ad hæredes transmittuntur; & in hoc pretio nemo gravatur, quia vendere potuit filius quocumque vellet, & habere sibi pretium, ideo ipsum conferre tenetur filius, vel filia, quia statim dominium habent earum rerum, idcirco commodum, vel incommodum earum eos sequatur, secundum regulam juris supra dictam in *l. pignus, & in l. qua fortuitis, C. de pignorat. action.* & sic ille textus, in *d. l. illud*, non contradicit supra dictæ conclusioni, quia in alio casu dissimili loquitur.

¶ Teneo igitur resolutivè, quod quando pater aut mater dedit filio, vel filia, aliqua bona mobilia, vel immobilia inæstimata in dotem, vel donationem, propter nuptias, & mortuo patre de collatione eorum tractetur inter fratres, & hæredes patris, hæc res tali modera mine temperanda sit,

sit, quòd si bona, quæ pater dedit filio, vel eis pecuniâ suâ comparavit, dignitas sit, vel militia personalis quæ vendi non potest, nec transmittitur ad hæredes, tunc filius eam conferre non tenetur, nec pretium quod erogavit pater pro ea comparanda, ut in *l. i. §. nec Castrense*, ubi notat *Bar.* quem sequuntur communiter omnes, *ff. de collation. bonor.* si verò talis sit militia quæ ad hæredes quidem non transit, sed cum persona finitur, vendi tamen potest, tunc filius tenebitur conferre æstimationem ejus, non eam quam habuit tempore, quo comparata filio fuit à patre, sed tempore mortis patris: ut in *l. illud, C. de collation.* ubi *Gloss.* & communis sententia *DD.* quæ ita intelligenda est, ut supra diximus utrumque propriis rationibus, quas *ibi* assignavimus: si verò alia bona sint, sine æstimatione data hoc pacto tacitè, vel expressè (sicut semper intelligitur inter patrem & filium ut conferantur) quando dantur in dotem, vel donationem propter nuptias, ut tradit *Bar.* & communiter omnes in *l. pater filium, ff. de collat. dor.* & in *authen. ex testamento, C. de collation.* & in *l. 29. de Toro*, quæ habetur *l. 3. tit. 8. lib. 5. Recopilation.* tunc tenebitur filius vel filia conferre pretium, quòd justè valebant tempore, qua pater eis tradidit,

si ve æstimata fuerint, si ve inæstimata (ut supra diximus) nec aliud de jure teneri potest, cum filii dominium earum rerum habeant, & regulariter commoda, vel incommoda interitus, vel deterioria sequantur dominum, licet quoad maritum, liberetur morte, vel deterioratione ipsarum, cum sit debitor speciei, ut supra diffinitum est: si autem contrarium teneretur, multa absurda, & fraudes sequerentur, ut in tali specie evidenter apparebit.

Ponamus enim, quod pater comparavit filio propter nuptias, ut onera matrimonii sustineat, gregem ovium, vel boum, vel dedit alia bona mobilia ad usum, vel ornatum domus suæ, quæ usu consumuntur, vel ea dedit in dotem filia: sciens autem filius quod non tenetur conferre pretium quod valebant tempore, quo recepit, utitur mobilibus plusquam deceat, vel animalia, quæ quotidie fenesunt, & minus valent, noluit vendere, ut pretium eorum salvum faciat (ut quilibet diligens pater familias facere consuevit) ut fructibus, vel laboribus eorum potiatur (licet illa animalia periculum patiantur, vel moriantur) certè iniquum, & contra jus esset, ut solum conferat talia bona nimis detrita, vel consumpta in usus suos, vel dolo, aut culpa